

Johann Sithmann Bartholdus Burchard

**Synopseos Materiaram Iuris Privati universi. Dissertatio Prima A Iure Institutionum earumq[ue] Prooemio incipiens ... In Incluta Pomeranorum Academia Praeside .... Joanne Sithman, I. U. D. ... In Disputatoriam harenam [ ] Ianuar. adducit Bartholdus Burchardi Duders: Saxo. Respondens**


Gryphiswaldiae: Jegerus, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757211240>

Druck Freier  Zugang











V. K. 2 (165.)











28.  
SYNOPSEOS  
*Materiarum Juris Privati universi.*

DISSERTATIO

PRIMA

A

Jure Institutionum

earumq;

PRO O E M I O

incipiens.

*Quam*

TRIUNO NUMINE

*feliciter annuente*

*Magnifici Jctum Ordinis aspirante*

*Consensu & Suffragio*

In Incluta Pomeranorum Academia

PRÆSIDE

Clarissimo atque Excellentissimo Viro

JOANNE SZEMAN, J. U. D.

Dicafteriorum Pomeraniæ Advocato

Consultissimo

Præceptore ac Fautore suo honorando,

*In Disputatoriam harenam Januar.*

*adducit*

BARTHOLDUS BURCHARDI

*Duders: Saxo.*


RESPONDENS.



GRYPHISWALDIÆ

Typis JACOBI JEGERI Academ. Typogr. exscripta A° 1646.









DISSERTATIO PRIMA  
DE PROOEMIO INSTITUTIONUM.

RESPONDENTE  
BARTHOLDO BURCHARDI, DUDERS-SAX.  
Ad Rubricam.

*De Confirmatione Institutionum.*



Synopsis nostram Juris Civilis  
privati ab Institutionibus auspicamur,  
primo operis filo à Prooemio ejusq; Ru-  
brica ducto, quæ incipit: De Confirma-  
tione Institutionum. Rectius t̄ sequen-  
tia usque ad verb. Imperatoriam perti-  
nent ad nigrum. Sine Constitutione  
hac t̄ Imperiales Institutiones tradi vi-  
sum non est, vel quod respexerit Impe-  
rator ad illud Gaji in l. 1. ff. de O. I. Præfationes libentius nos ad le-  
ctionem propositæ materiæ producunt, & cum ibi venerimus evi-  
dentiolem præstant intellectum, quod & notat Bartol. ad l. 1. C. de  
nov. Cod. faciend. n. 16. & exemplificat Paulus in l. Titia quæ 134. §. 1.  
de V. O. t̄ Vel quod cæteris suis libris confirmationes præmiserit, ut  
in Constit. Summa. De Iustiniano Cod. Confirm. Et Constit. Cordi.  
De Emendation. Cod. t̄ Pandectas ter confirmavit. In Constit. Omnem  
Constit. Tanta & Constit. Dedit. t̄ Authenticarum Collationibus  
exceptis, quarum propterea Collationum Author non præsumitur.  
t̄ Confirmatio Institutionum habetur in §. 3. usque ad 6. inclusive Pro-  
oemii. Alias voces t̄ Confirmationum in l. 3. ff. de testib. & in c. 7.  
Iuncto. c. Spiritus Sanctus. De Pœnitent. dist. 5. huc non quadrant.

A 2 sed



sed ferè in simili accipitur *Confirmatio in c. Inter dilectos. de fid. Instrumet, r. cum dilecta. §. nuper autem. De Confirmat. Vril. & Inu. uil. c. Præceptis. distinct. 12. l. 6. de Iurisdic. l. si donata. §. si Sponsus. ff. de donat.*

- 8. Confirmavit + *Institutiones rectiusne instituta? Probus Vegetius, Theophilus, Græciq; Interpretes omnes hoc Juris systema modò Institutionum, modò Institutorum nomine indigetant, quod & in allegationibus Disputationum frequentius in usu est. Melius tamen & Latinius vocem instituta ad statuta locorum referimus; Institutiones ad Juris elementa. Hæc mens est Justiniani ut apparet ex §. 3. & 4. 5. Proæm. Cæterum facilis est hujus apicis jactura. Angelus*
- 9. *Politianus* refert hasce Imperiales Institutiones etiam Græcè scriptas esse sub eodem profus intellectu. Nisi quia ritus quidam Consuetudinesq; Romanorum Veteres uberius aliquantò & latius in Græco ipso quàm in Latino Codice exprimentur, ut peregrinis hominibus atqve à Romanorum more consuetudineq; alienis res tota penitus innotesceret. *Miscellaneor. cap. 84.*

Ad Nigrum.

- 10. Ante textum + sequuntur rubricam *Initialia* quadam *Invocatio nominis Divini, & Titulorum Justiniani enumeratio.* Deinde textus ipse, qui continet tria. 1. *Studiorum Imperatoris recommendationem, quæ incipit in voce Imperatoriam Majestatem, ad §. 2. inclusive.* 2. *Confirmationem ipsam, quæ incipit in §. 3. ad 6. inclusive.* 3. *Epilogum seu sanctionem.*

De Invocatione Nominis Divini.

Ad verb.

In Nomine DOMINI nostri  
JESU CHRISTI.

- II. Piissima in actibus humanis est Divini nominis invocatio. Quàm moderatè + Justinianus Imperator actiones suas ordiatur, & bellicos sudores & quos sustinuerit circa jus conficiendum labores DEO soli ferat & habeat acceptum testatur *Novell. 6. 80. in pr. Novell. 85. & 109. in pr. l. 2. in pr. C. de Offic. Præf. Prætor. Afric. l. 1.*



& 2. C. de Vet. Iure enucl. Virorum autem magnorum + actio no- 12.  
stra debet esse institutio, c. 4. de Elect. c. Exemplum. 12. q. 1. Iacob.  
Nimmer. Tr. de Regalib. in pr. lit. (a) ad quod quemlibet invitat DE-  
US ipse apud Paulum ad Colosf. 3.3. & 1. Corinth. 10. & Actor. 17. Et  
Canones in c. cum Paulus. 26. c. 1. q. 1. c. non observetis. 16. in fin.  
Caus. 26. q. 7. c. Principatus 25. Caus. 1. q. 1. quod facit Philippi Di-  
stichon:

Nullus est felix conatus & utilis unquam,  
Consilium si non detq; juvetq; DEVS.

Formam autem + substantialem esse Instrumenti in Jure Com- 13.  
muni nusquam reperimus, quod enim lex non dicit, nostrum non  
est dicere, Novell. 18. c. 5, d. illam merito 19. C. de collat. Neque hæc  
Inscriptio in Editione Haloandri, neque Pandectis Florentinis cor-  
rectis legitur. Sed videbimus num hodie aliter ferè sit dicendum  
ex Constitutione Novissima Imperatoris Maximil. I. publicata Colon.  
de Anno 1512. S. Und nachdem von Gemeinen Rechten/ Brauch/  
Übung / vnd Gewohnheit / cum S. sq. ibi. nisi constet alicubi de con-  
traria consuetudine, quæ si uspiam extet, probanda est. Nihil verò  
frequentius videmus Notarios in arduis Instrumentis Invocationem  
Divini nominis, quasi ex formali necessitate præmittere. Quicquid  
sit cum consuetudo sit facti, Notarius pro loci consuetudine, in quo  
vivit, & adhibetur, se accommodet, necesse est, ne quod requiritur o-  
mittat, quia + quoad solennitatem actus consuetudo loci inspicienda 14.  
est. C. cum dilectus de fid. Instrument. glosf. ad Bart. de nov. cod. fa-  
ciend. Num verò nomen Imperatoris + de necessitate Instrumen- 15.  
tis sit inferendum, dubietatem omnem exiit, per Novell. 47. ubi Cu-  
jac. confer. Speculat. de Instrument. Edit. S. 1. & 2. de Constit. Maxi-  
mil. I. de Anno 1512. cum S. Darumb so gebieren vnd ordnen wir.

*De Titulorum Justiniani enumeratione.*

Ad verb.  
Imperator.

Varii dignitatum Tituli Justiniani fastum nil magis arguunt,  
quam hodie + Imperatores, Reges & Principes à terris quas justo titu- 16.  
lo possident se rectè denominant, seq; tales ex DEI gratiâ von GOR.





- 4
17. *ES* Gnaden/satentur. In antiquâ Româ + Imperator dictus Dux belli *resse Cic.* non qui summam Reipubl. sive in Aristocratico sive Democratico statu teneret, sed qui aliquot millibus hostium, non præcisè quinque millibus, prostratis optimum militiae exemplum præbuisset. Ita Cato + tribus maximis rebus excelluisse fertur *Maximus dictus est Orator: Maximus Senator: Maximus Imperator.* Translatâ postea in Principem populi potestate. l. 1. ff. de *Constit. Princip.*
18. Primus Romanus + Princeps Julius Cæsar, Monarchiam introducens Imperator dictus est, de quo tamen alii dubitant, Invasorem magis quàm Imperatorem fuisse, armisq; sumpsisse, non accepisse Rempublicam asserentes, atque ad Augustum Monarchia verè initium referentes. Horum successores ad nostra usque tempora Imperatores + Quarti sive ultimi mundi Imperii rectè cluunt *Dan. 2. & 7. cum not. Osiandri, quod Imperium durabit cum seculo* subsequenti alius quinti spe non relicta quicquid deliret *Polanus & alii.*
19. Romanis + ergo & hodiènum nobis dicti Imperatores non qui per Invasionem, sed aut electionem aut successionem pro variâ Reipublicæ formâ Imperium assecuti sunt. Cœpit electio + statim à Cæso Caligula, quarto post Julium Cæsarem Imperatore, à Cæsaris namque temporibus Imperium fuit hæreditarium. *Augustus enim à Julio Cæsare Tiberius ab Augusto: Caligula à Tiberio in Testamento hæres fuit institutus, post vel à populo, Senatu, militibus Imperator electus est. Castald. de Imper. Roman. q. 8. n. 2.* in Occidente usque ad Romulum Myrmillum ultimum Imperatorem ab Odoacro dejectum. Idem ferè moris sunt in Oriente usque ad Justinianum nostrum, qui adoptatus ab avunculo suo Justino quarto ante ejus obitum mense Imperator electus est, qui vel similis eligendi modus duravit in Oriente, donec Aquila in Occidente in Carolo Magno revivisceret, in cujus stirpe + Imperium Occidentale planè versum est in hæreditarium. Interdum + successores nominarunt, ut *Conradus I. nominavit Henricum Aucupem. Otto I. Filium suum Ottonem II. Hinricus II. Commodum II. Sigismund. Seld. Vice-Cancellar. in setenem Bedencken an Kaysers Ferdinand/ über Ihrer Kaysers: Mant: Wahl vnd Hochzeit fol. 31.* Postea + Ottonum, vel Heintici II. temporibus, de quâ re dixi in *speculo Imperii Roman. libr. 2. cap. 8. num. 34.*



35. *cum mult. seqq.* plenius, verum est Imperium ad perfectiorem  
electivam naturam, ut Imperator esset, non qui à Papà coronare-  
tur, vel antecessore nominaretur, sed à Septemviris Electoribus in  
Caput seculare electus esset.

Refert *Sleidanus* Imperatorem † de Germano sanguine esse ori- 26.  
undum *lib. 1. Comment. Hulder. Mut. in Chron. German. lib. 14. fol.*

107. neque ex qualibet natione eligendum, licet de eo in A. B. non  
fit expressè cautum. *Alvartott. in specul Roman. Pontific. & Imperat.*

56. n. 11. *Gregor. Tholosan. de Republ. lib. 7. c. 4. n. 11.* Respiciunt  
EE. Moguntinus & Trevirensis *apud Sleidan.* ad Constitutionem

quandam forte Ottonis III. qua solos Germanos ad Culmen Impe-  
riale vocant *lib. 1.* ne decus Imperii ad exteros devolvatur. *Cuspin.*

*in Otton. III. Spangenberg. in Chron. c. 156. Digna, ait, Buxtorff.*  
*Constitutio ut novâ corroboraretur ad c. 2. A. B. Conclus. 31. pag. 112.*

Obtinuit tamen † Germanum dici non solum eum, qui in Germania 27.  
natus est, sed qui Patre vel Avo Germano genitus, licet extra Ger-  
maniam natus sit. Sed † *faciendane continuò electio è domo Austria-*

*câ?* Curiosum hoc est inquirere. Haëtenus ultra CC. annos ele- 28.  
ctio ex illâ domo facta est, non ex necessitate, sed merâ Electorum  
facultate præscriptionis omninò nescia. *l. viam publicam. 21. ff. de*

*via public. & itin. public.* Ratio: Quod semper idonei deprehensi  
sint. Ideo fecerè EE. quod debuere non contrà, sed pro LL. Impe-

rii. Quid si idoneus non adesset ex aliis Principum familiis liberè  
eligendus foret Imperator. Neve fraus hic subeslet, *Capitulationi-*

*bus Cæsareis cautum est, ne Imperator Imperium sibi faceret heredi-*  
*tarium. Capitulat. art. 28. ibi:* Soll auch keinen Weg oder Weise

vor sich nehmen / durch welche er die Würdigkeit des Käyserthumbs  
seinem Geschlechte eigen vnd Erblich machen wolle; Sondern den

Ehur. Fürsten Ihren vollen Gewalt der Wahl halben lassen / &c.  
*Goldast. In Reichs-Sarungen. part. 1. fol. 241. Quod & reperitur*

*apud eundem part. 2. in Capitulat. Caroli V. art. 28. fol. 184.*

## Cæsar.

Absonum quisque fatebitur omnes ante vel post Justinianum  
† Cæsares Elefantos cædisse, vel ex utero matris cæsos, vel Cæsa- 29.

riem



- riem vel Cæsius oculos habuisse, si illorum opinio esset vera, Cæsa-  
rem vel à Cæso Elephanto, cæso utero, Cæsarie, aut Cæsius oculis  
dictum, existimantium. Rectius Cæsar est, qui post Imperatorem  
Imperium est suscepturus. per l. etsi excepta ibi In Comitatu meo vel  
Cæsaris. C. de Malefic. & Mathematicis. l. fiscus §. fin. ff. de Iure Fisci.
30. Fuit namque † nomen Cæsaris secundariae potestatis quod Cæsares ab  
Augustis cooptarentur, essentq; tanquam filii & Imperii Successores.
31. Existimat † Cluten. hujus vocis appellationem à memoriâ Diocleti-  
ani & Maximiani esse repetendam. Sylog. rerum quotidian. thesi 23.  
lit. 4. Quod duplicet. Vide sis inscriptionem l. 2. C. de conveniend. fisc.  
creditor. ubi Valerianus frater C. h. e. Cæsar est. Item l. generaliter  
7. C. de sentent. pass. & restitut. ubi Philippus Arabs A. & Philippus  
Filius C. nominatur. qui Imperator fuit vicissim ante Diocletianum  
& Maximianum. Valerius & Gallienus Decimus Extat l. 2. C. de  
Quæst. Inscripta Severus & Anton. AA. & CC. qui Imperatores fue-  
runt forsan 35. ante Diocletianum. Per litteram † namque A. indi-  
gantur in hujusmodi Inscriptionibus legum Augusti Imperatores.  
per C. Cæsares. quam rem in conflictu explicabimus ulterius.
32. Hodie, † qui olim Cæsares dicti, sunt Reges Romanorum.  
Qui Imperatore adhuc vivente num eligi possit diu à doctissimis in du-  
bium vocatum est. Impugnata hac de causa fuit Caroli IV. electio,  
vivente adhuc patre facta. Crus. annal. Suevic. lib. 4. pagin. 3. c. 15.  
Item Ferdinandi vivo Carolo V. Fratre Thuan. hi- stor. lib. 2. Heig.  
part. 1. q. 6. Impugnatae fuerunt hæc electiones, sed non expugna-  
tae. Idem expertum habemus in Maximiliano II. Rudolpho II. Fer-  
dinando II. & moderno Imperatore vivis Augustis Patribus electis,  
ut hodiè pro observantiâ ita teneatur, quæ Juris publici, & legis fun-  
damentalis vicem obtinet. Quæ observantia, si tantum importet, ut  
nos pace Religiosâ interris A. Confess. liberè uti queamus, nobis suf-  
ficiat. Sed Electio concedenda † Imperatore invito? Affirmandum  
placet multis, si EE. sit eligendi causa justa, Imperatori verò contra-  
dicendi injusta. Libera namque debet esse & hæc Electoribus ele-  
ctio, si eam è re Imperii fore luculenter habent perspectum, vide-  
ant enim uti olim Cosl. & Dictatores ne quod Republica damnum  
capiat, Polyd. lib. 3. Non obscure hoc liquet ex Decret. Electionis  
Ferdinandi



Ferdinandi in Regem Roman. Colon. 5. Ianuar. in profesto Epipha-  
niæ A. C. 1571. facto. Et ex Capitulatione Francofurtensi circ. fin.  
ibi: Wir desgleichen auch unsere Kinder/ &c. Hujusmodi + Suc- 35.  
cesfor in Gallia olim appellatus est *Delphinus*, hodie dicitur *Monsieur*.  
Ipse Rex *Sire*. In Anglia Normanniæ Dux: Hodie Normanniâ à  
Gallis recuperatâ *VVallia Princeps*. Polyd. lib. 2. In Hispania *Prin-*  
*ceps*, cæteri liberi *Infantes*. Polyd. d. loc.

## Flavius: Justinianus.

Benè tenet *Alciat. lib. 5. parerg.* + Flavius dici eò quod Orientis Im- 36.  
peratores ad imitationem Constantini Magni prænomine hoc usi.  
*Accursius* Flavius dicit à devictis Flaviis populis, sed malè hoc se-  
cundum *Accursium* quemadmodum & pleraque alia antiquitatis &  
historiæ. *Anton. Matthæi in not.* ait, Flavios populos in rerum natu-  
ra nunquam extitisse, quod dum ipsi largior de populis, de familiis  
non asfererem. Extat familia *Gn. Flavii Appii Scribæ Pompon. in l. 2.*  
*ff. de O. I. Titi Larii Flavii Dictatoris. Liv. lib. 2.*

*Justinianus* dictus Imperator anteqvam à Justino adoptaretur 37.  
+ quod contra Historiam negat *Mynsinger*. Quò Patre Justinianus  
progenitus sit nondum certè exploratum. Matrem Justini sororem  
fuisse comperimus + qui Justinus ipse quia humili prosapia oriundus, 38.  
bom, suumq; in teneris custos fuit, Soror ejus vix splendida gentis  
marito elocata præsumitur. Postea cum militiæ sese daret, eiq; ma-  
gna pecuniæ vis numeraretur, ut militum suffragiis *Theocrarianus*  
Imperator designaretur, Ipse sibi coëmit Imperium, quod & cum  
magna nominis sui gloria in Oriente gesit, ætate postea grandis,  
morbisq; onustus Justinianum ex sorore nepotem Imperio suffecit.  
Patriam + ejus non Dalmatiam aut Thraciam quod opinatur *Anton. 39.*  
*Matth. Sed Pannoniam asserimus*, quæ hodie dicitur *Gothofredo Bul-*  
*garia aliàs Vngaria per Novell. 11. circ. med.* ubi expressissimè ait: *in*  
*Pannonia in nostrâ felicissima Patria. ubi Cujac.* Vitam integram Ju-  
stiniani desume ex *Hotoman. Comment. in Instit. & aliis passim.*

## Alemanicus: Germanicus: Francicus:

Alanicus; Vandalicus.

B

Alemanicus



- 8.
4. *Alemanicus & Germanicus* idem fuit populus + cui gentilitium nomen *die Teutschen* / à *Thuiscone* Noa Filio profatum, qui primus Germanorum seu *der Teutschen* Rex per CLXXVI. annos regnavit, coepitq; hoc Germanorum Regnum A. M. MDCCLXXXVII. Succesores secundum *Aventinum* fuere *Ingavon*: *Istevon*: Hujus uxor *Srena*. *Hermion*: Hic instituit, ut & mulieres bellum sequerentur, earum erat cibos præparare, vulnera maritorum exugere, & sanare, conflictui cum vagientibus liberis adstare ad confirmandos virorum animos. *Tacit.* *Marsus* unde dicti *Dithmarsi*, *Stormarsi*: *Gambrius*: à quo deducunt quidam *Cimbros*. *Svevus*: unde *Svevi*. *Vandalus*: unde *Vandali*, qui ab initio circa *Visurgis* fontes à *Rheno* stadiis sexcentis distantes *Strabo lib. 3.* habitaverunt, postea in *Africam* infusi, *Teuto*: *Allman*: hic Germanorum *Hercules* dictus, *leone usus est in Insignibus*, quod *Bararorum* hodie *Insigne est*. Quatuor ei fuisse filios historia tradit. *Noricum*: unde tractus *Noricus*. *Hunnum*: à quo *Hunni*. *Helvetiam*: *Boium*: unde *Bohemi* & *Bavari*. Hic Rex duos exercitus, unum virorum, alterum mulierum *Amazonum*, in *Asiam* emisit. *Ingram*: *Adelger*: *Larein*: *Vlsing*: *Brenner*: *Hector*: *Francus*, *VVolfhem*: & alii quos recenset *Aventinus*, quorum non habetur continua series. Dicti sunt + *Allmanni* ab *Allmano* Germanorum Rege, tum etiam ab adjunctâ virtute & fortitudine uti & *Germani*, quod essent *Omnes* vel *Toti Viri*, *Gar-Männer* / *Alle Männer*.
41. Residerunt inter *Albim Rhenum*, & *Italiae Alpes*. *Franci* + *Germanus* populus, illam potissimum regionem, quæ nunc *Hassia* dicitur, tenuerunt, à *Franco* Germanorum Rege, & quod libertatem continuo asferent, pro qua viriliter pugnarent, dicti. Hi *Germani* quorum pars cum novas sedes quæreret *Rhenum*q; trajiciens sese in *Orientem* exoneraret, à *Narfete* *Iustiniani* Duce repressa, & devicta est prope *Tarentum* circa A. C. DLIIIX. Exinde *Germanicum*: *Alemanicum*, *Francicum*, *Alanicum* se *Iustinianus* appellat. *Alanos* + *Germanicam* fuisse gentem quidam volunt. Ex *Scythia* eos derivat intra *Imaum* *Plinius lib. 4. c. 12.* Et *lib. 9. c. 12.* Et *Ptolom. Iul. Capitolin.* in parte *Thraciæ* eos collocat.
45. *Vandalos* + à *Vandalo* Germanorum Rege trahere originem ex *Aventino* docemur. Tenuerunt *Polonorum* sedes ad *Vistulae* caput, & *Mechle-*



9.  
 & Mechieburgum, Pomeraniam, Marchiam, Bõrusiam, & Saxoniam,  
 ex parte incoluere. Postea Duce VVifmare in Galliam discessere,  
 sub subseqventibus Regibus partim miserè extinctis, Africa, Italiaeq;  
 multas partes, ipsamq; Romam graviter affixerunt, tandem ultimus  
 eorum Rex *Gilimer* à Bellisario Justiniani Duce victus, fugatus, tan-  
 demq; in monte quodam obsesus est, donec panem peteret, quò fa-  
 mem sedaret: *Spongiam* qua lachrymas abstergeret, & *Cytharam*  
 quâ calamitatem numeris solaretur. *Hòc in triumphum à Bellisario*  
*ductò, Africa Anno CHRISTI DXXXIV, reddita Imperio est.*

## Gothicus.

Tradit Procopius + *Gothicam gentem*, quia lingvâ Germanicâ 46.  
 quodammodo corruptâ utitur à Germanis oriundam esse, vult &  
 Vandalos Gothicos dici populos. *Gothorum alii dicti + OstroGothi,* 47.  
*alii VestroGothi*, quorum nomina in *Speciâ* adhuc reperies. Resede-  
 runt ex *Scandia* Duce *Filimere* egressi juxta Fluvium *Mæotidem* un-  
 de ab Hunnis trajectâ *Mæotide* magnâ clade ejectos, cum novas se-  
 des quærere cogentur, Duce *Zamolxe* in *Daciam*, *Thraciam*, atque  
*Mæsiam*, vel per *Sarmatiam* & *Rusiam* egressos ad *Danubium* perve-  
 nisse volunt scriptores. *OstroGothi* sub *Philippo Imp.* tempore *Thra-*  
*ciam* & *Mæsiam* extremè depopulati sunt, *Imperatorem Decium cum*  
*Filio* in prælio peremerunt, deinde à *Claudio* fusi CCCXX. millibus  
 Gothorum cæsis.

In *Sarmatiam* post XXX. annos iterum irrumpentibus virtus  
*Constantini Magni* obstitit, ne quid momentis molirentur tandem  
*Ermanarico OstroGothorum Rege* ab Hunnis devictò, *OstroGothi*  
 in hisce terris subacti sunt. Seceserunt ergò in *Italiam* & *Vestro-* 48.  
*Gothi in Aquitaniam* & *Hispaniam* quam ultra CCCCXIX. annos *Re-*  
*giò nomine gubernarunt*, donec *Sarraceni Rodericò OstroGothorum*  
*Rege* casò, universâ potiti *Hispaniâ* *Hispani* sedem regni figerent.  
*Pelagius* tamen *Favilæ Filii* novò *Regnò Legionis* & *Asturum*  
*conditò*, *Sarracenisq;* suppressis *VestroGothicum Imperium* in *Hi-*  
*spaniâ* postliminiò iterum erexit.

*OstroGothi* verò in *Italia* + vix ultra LXXVII. annos sedes habue- 49.  
 runt. *Odoacer* enim primus *Rugiorum Rex*, qui *Gothis* primus in *Ita-*  
*lia* regnandi copiam faciens A. C. CCCCLXXVI. regni initium de-  
 dit,



dit, Theiâq; ultimô Gothorum Rege sub Duce Aligerno ad Cumas  
 A. C. DLIII. à *Narfete Iustiniâni exercitus Duce* devictô & casô re-  
 gnum illud finiit. OstroGothorum nomine sic tandem in Italia de-  
 letô reliqui superstites partim Italiæ, aliisq; populis commixti, partim  
 ad Septentrionales *Daniæ & Sveciæ* Gothos, à quibus olim egressi re-  
 50. verterunt, quorum illi + etiam ante nativitatem CHRISTI incertâ ta-  
 men chronologiâ, si *Saxoni Grammatico* credendum, Reges suos  
 habuerunt, usqve ad Jvarum de A. C. DCCCLXXXII. ubi demum  
 sub certis Regibus continuâ ferie tempore *Ludovici II.* Imperatoris  
 51. vixerunt. Hi referente *Helvicô* + multis seculis domesticis Regibus  
 gubernati ad *Albertum* Megapolitanum usqve sub quo *Danus* cesit  
 Regnum, donec virtute *Gustavi I.* libertate regni recuperatâ A. C.  
 MDXXXIII. sub initio Imperii *Caroli V.* sub suis Regibus reflore-  
 sceret, quod hodiernum divinis auspiciis sub CHRISTINA GUSTAVI  
 MAGNI FILIA Regina hæreditaria feliciter continuatur.

## Anticus: Africanus: Pius: Felix:

Triumphator: Augustus.

- Antæ* qui fuerint rectè docet *Alciatus lib. 5. parerg. 3.* Vandali  
 52. non + utramqve Africam occupant, sed duntaxat minorem, quæ Ur-  
 bes habuit *Carthaginem: Uticam: Adrumetum: Zamam: Hypponem,*  
 & Regium; & quasdam alias. Hæc per *Bellisarium* devictô *Gelimere,*  
 recuperatâ, *Africani* nomen meruit. Pius in DEVM & Patriam, ac  
 53. beneficus & clementissimus Imperator *Justinianus* audit. Syno-  
 dum Oecumenicam + V. Constantinopolitanam A. C. DXLIX. Im-  
 perii sui XXIII. congregatis Episcopis CLX. indixit, quæ biennium  
 duravit, in qua Concilium Nicænum habitum, & *Arius* aliq; hæretici  
 damnati sunt. De Incarnatione JESU CHRISTI *salvatoris nostri* piè  
 & eleganter scripsit, teste *Platinâ, Sabellicô, & Procopiô lib. de vit.*  
 54. Pontific. Rom. Bonifac. 22. + Exulet quocirca *Suidas*, ad *Acheron-*  
 ta tradatur *Valla*, multiq; alii Imperatoris tanti detrectatores. Non  
 55. obstat + l. 2. c. de Summ. Trinitat. ubi dicit: Spiritum Sanctum à Pa-  
 tre procedere, quod hæresin non sapit, hoc enim ipsô non negat eum  
 à Filio etiam procedere. Similis locus est *Iohan. 13. v. 16. & 16. cap.*  
 56. 15. v. 26. *Matth. 10. v. 20.* Artificium serici + conficiendi à duobus  
 Monachis



Monachis Indis Constantinopolim introduxit, quod postea in Italiam pervenit. Alemannis & multis Germaniæ populis cum Gothis ex Italia pulsus, Vandalisq; ex Africa minore fugatis, per Parthica simul bella sopita, patriam feliciter tutatus est. Hypatiô, Pompejô, & Probô tribus Anastasii Imperatoris nepotibus Constantinopolim per quatuor dies continuo deprædantibus, atq; Hypatiô Imperatore proclamato cum ad Palatium occupandum manum admoturi erant, per Bellisarium postquam is felici ausu ultra triginta millia hominum præter seditionis authores trucidarat, se & patriam periculô feliciter liberavit. Persas victos ad pacis fœdera ineunda compescuit. Cumq; Florianus Constantinopolitanus Senator per seditionem novus Imperator declaratus erat, Bellisarius novô Cæsare, per stratagema occisô, Imperii Insignia ad Justinianum retulit, En summæ angustię summum felicitatis successum! *Triumphator à Persis & Vandalis devictis* diductus est, de quibus triumphos gesfit, teste Pliniô, modum triumphandi refert *Mynsinger. hic.* Currus triumphalis + forma neque bellico currui, quô Heroicis temporibus Trojani & Thebani belli homines uti sunt, ut Barbari, Britanni & Belgæ Covinô: neque currui Circensii, quo Romæ ludis equestribus quadrigarii utebantur, & agitadores Olympiæ, sed rotundæ turri asimilis erat.

*Hic notabiliter addimus,* ex antiquitate + Romæ triumphum non concessum, nisi Magistratibus ordinariis. Proinde Scipioni Africano post rem fortiter & feliciter in Hispaniâ gestam Romam reverso, triumphumq; petenti ideo non fuisse decretum, *Livius* scribit, quod Scipio Proconsul in Hispaniam missus esset. Contra Nasica triumphum habuit cum Ordinarium Consulatus Magistratum gereret. *Liv. lib. 26.*

*Augustus* dicitur *Mynsingero hic,* ab augurio, per hanc rationem, quod Veteres omnia ab auspiciis & auguriis inciperent. + *Improbandum hoc.* Alia ratio est Veteris, alia Justiniani & moderni temporis. Repetendum hoc paucis ex antiquitate. Tempore Cosi. nullus Magistratus sine augurio creabatur, testante *Cicer. 3. de Legib.* puta si ab ortu Solis seu sinistra mundi parte Cornices, Aquilæ, Vultures, & aliæ aves cum Diis sacra fierent, advolarent, bonô auguriô omnia fieri creditum est, ab occasu, septentrione, aut ab austro volitantes



entes aves, veluti auspicia infausta comitia impediunt, excepto Corvò oscine, qui bonum ab occasu præbuit auspiciū etiam ab Ortu. Varro lib. 5. Epist. quæst. Plin. lib. 10. cap. 19. Postea à populo & Augustis Ethnicis Magistratus sine auguriis dari cœperunt. Fest. lib. 2. Ipsiq; Augusti à militum suffragio creati sunt, deinde vel ex successione, vel electione ad Imperium provec̃ti, auguriis omninò rejectis, non tantùm Ethnicorum, sed & multò magis Christianorum Imp̃p. temporibus. Fallit ergò hic Mynsing. Justinianum dici ab augurio, quia ille Christianorum Imp̃p. fuit XXI. cujus tempore multis retrò sæculis Ethnicæ & superstitiosæ illæ ineptiæ evanuerant. Dicitur proinde + Justinianus, & moderni Imperatores Augusti non ab augurio sed augendo, Auctores Imperii: Allezelt Mehrer des Reichs / quod & Capitulationibus Cæsareis hodiè incorporatum est. Vid. Capitulat. Caroli V. artic. 2. 4. 8. 9. 10. 23. 24. 25. Et Capitulat. Maximilian. II. artic. 5. 6. 7. 13. 14. Goldast. in Reichs Saungenu. part. 2. fol. 184. & fol. 287. 288. Atque sic de nigri Initialibus: Invocatione nominis Divini, & Titulorum Justiniani enumeratione. Sequitur nunc Textus ipse, qui agit:

### I. De Studii Justiniani recommendatione.

Ad verb. pr.

### Imperatoriam Majestatem.

62. Majestas præter Imperatoriam + in Imperio Romano nulla est, Imperator nempe, in terris præter DEUM & ensē neminem recognoscit superiorem, solusq; plenitudine potestatis utitur, quæ indivisa Majestatis essentia & forma est. Carol. Molin. ad consuetudin. Parisiens. tit. 1. & 2. glos. 4. n. 16. & 18. A. B. tit. 3. circ. med. Unde in
63. + Conventibus Imperii nulli Regum Majestatis sed Dignitatis titulus attribuitur, die Königl. Würde zu Boheim. Receß. Imper. de Anno 1526. Königl. Würde zu Hungarn. Receß. Imper. de Anno 1527. die Königl. Würde zu Engelland. d. Receß. S. Vnd als auff gehaltenem Tage. Ita videmus Ferdinandum Carolo V. Fratri Majestatem tribuere, Augustæ verò Regina Hungariæ non item R. Absch. de Anno 1542. S. Vnd darauff Wir. Ideoq; nullibi in Imperio hæc vox auditur,
64. præterquam in aula Imperatoris. Non tamen negarem + Regibus exteris



exteris Hispaniarum, Gallia, Suecia, Polonia, Dania, Anglia, &c. Majestatis titulum competere in Regnis propriis, ubi præter DEUM & ensen hodiè æquè non agnoscunt superiorem, *Crantz, lib. 4. c. 19. Saxo Gramm. lib. 14.* quamvis hæc ferè cum multis aliis Provinciis & Regnis Portugallia, Hungaria, Neapoli, Arelato, Florentia, Borussia, Livonia, Venetiis, &c. membra Imperii olim fuerint, & ab eo postea de facto sint avulsa. *Reink. de Regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 2. cap. 7. 8. 9. per tot.* Electoribus autem + propriè non competit Majestas, 65. neque in eos crimen læsæ Majestatis primariò committitur, sed tantum per interpretationem, quia pars corporis Imp. cluunt. *l. quisquis 1. C. ad L. Iul. Majest. l. 8. C. de dignitat.* sive per consequentiam & secundario. Perpetuum non est hisce + Principibus per omnia tantum 66. competere & licere in suis rerritoriis quantum Imperatori in universo. Dicas hoc de Jure territoriali & Regalibus, quæ ab Imperatore tenent, verùm à Reservatis sunt exclusi, quæ solus potest Imperator, eaq; in signum superioritatis ad tuendum Majestatis suæ splendorem sibi habet peculiaris, in quæ nemo intromittitur nisi solus Imperator. *Covarruv. pract. quæst. c. 4. n. 1. Natta Consil. 636. num. 169.*

Notanda ex dictis enormis + vanitas Canonistarum, quæ validè 67. ineptiunt Imperatorem esse infra Papam, illum Lunæ hunc Soli comparari. *c. Sollicita. X. de Majorit. & Obed.* Papam tenere utrumque gladium, omnes judicare, à nullo judicaturum. *c. Donare Sanctam. d. tit.* Posse quemcunque Principem de Principatu suo pro lubitu dejicere, aliosq; substituere. *Auth. Secret. Eccles. Cathol. pag. 243. 246. 267.* Imperatorem Papæ in convivio lotionem ministrare, Equum ascendenti stapedem tenere esse obstrictum. *Auth. Cerem. Eccles. lib. 1. Sect. 3. pag. 11. & 5. fol. 6.* Immò & Imperatores Imperium à Papa in feudum acceptum ferre insanire non erubuerunt, quæ & similia stolidis insomniis compilarunt. *in Clement. de Injuriis. c. ad Apostolicæ 2. de Sentent. & re judicat. in 6. & c. Tibi Domino 12. dist. 6.* quam Paleam evincit Molin. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. de Fiefs. §. 75. cum seq. fol. 18. 19.*

Cùm verò olim inter Adrianum IV. Pontificem & Fridericum I. Imperatorem hæc controversia primum moveretur Legati Pontificis Hadriani



68. Hadriani IV. vitæ pericula vix effugerunt. *Frising. c. 3. & 9. Clutek. Syllog. rer. Quoridian. thes. 4. lit. e.* Postea + tempore Iohannis II. & Benedicti XII. Pontificum & Ludovici Bavari temporibus publicâ Imperii constitutione sancitum est, ne Imperator à Pontifice, sed à DEO & Electoribus Imperium ferret acceptum, ut Majestatis reatum incurreret, qui contrarium iret assertum. *Goldast. Tom. 3. Constitut. Imperii pag. 41. Recept. Imperii de Anno 1570. in pr.* Rectissime ergo + fastuosam hanc fatuitatem Pontificum vel Clericorum Papalium in genere ridet + *Meischner* se velle iis mediis cœlum ascendere, quibus Lucifer de cœlo ejectus est, *de Regim. Eccles. Concl. 143.*

Ad verb.

## Armis decoratam et Legibus armatam. &c.

70. Legum + atque armorum temperamenti in bene constituenda Republicâ summa ratio est. Elegantem hunc *χιασμὸν* insignemque tum armorum, tum legum in Republica usum præter hunc locum præclare alibi monitrat Justinianus in *Constitut. de Iustinian. Codic. confirm. in pr. Novell. 24. & 25. in præfat. & c. 1. Novell. 26. cap. 1. in fin.* Notabilis est *Novell. 69. in præfat. Et Novell. 163. in præfat. cum Novell. 164. in præfat. fac. l. qui restituere 68. de R.V. l. 10. in fin. C. de Episcop. & Cleric.* Quod ipsum testatur *Recept. Imper. de Anno 1506. in pr. ibi.* + Wann aber außländisch Krieg ganz unverfänglich/ wo nicht vorhin redlich gut Regiment/ Rechte/ Gerichte/ vnd Handhabunge were/auff denen als Grund-Posten alle Reiche vnd Gewalt beruhen. *Confer Recept. Imper. de Anno 1063. §. Wie hoch. & c. Optimè Cicero contra Rullum apud Treutler. vol. 1. disp. 1. th. 5. Ubi Cic.*
72. Minimè + illa popularia existimanda sunt, Iudiciorum perturbationes, rerum Iudicatarum infirmationes, quæ civitatum afflictarum perditis jam rebus, solent esse extremi exitus.
73. Quod enim + Athenienses minus diu quàm Lacædemonii, aut Lacædemonii minus quàm Romani floruerunt, causa est, quod Athenæ citius quàm Sparta, & Sparta citius quam Roma de recta Majorum consuetudine deflectens Legum Imperium, Majestatemque neglexit. *Manut. lib. 6.*

Ad



15.  
Ad verb. §. 1.

## Post tanta temporum spatia:

Quantis temporum spatiis *Vandali*, Africam: *OstroGothi* Italianam tenuerunt, hactenus incertum. † Ipse Justinianus Vandalos XCV 74. annis Africam tenuisse gloriose asserit in *l. 1. C. de Praefect. Praetor. Afric.* cui procul dubio standum foret in autoritatis iudicio, dubium tamen est. in dissentientium Historicorum & Chronologorum labyrinthis mendam hariolari. *Mysingerus* numerat CL. annos hic pag. 6. lit. c. ad quem non discedo. Positò namque Genfericum Anno Christi CCCC. post Gallias & Hispanias inuasas trajecisse in Africam, & A. C. DXXV Gilimerum ultimum Vandalorum Regem à Bellisario fuisse casum, numerantur tantum CXXXV. anni, deficiunt ergò in sua computatione XV. anni. Verùm reperiò † ego in Historia Genfericum A. C. CCCCXIX. in Africam trajecisse (ante eum Wisimar, Godislaus & Gundericus Vandalorum Reges Italianam miserè depopulati erant) Carthaginem, Adrumetum, &c. extremè vastasse, ipsum autem Gilimerum A. C. DXXXIV. à Bellisario omnibus Regionibus exutum esse. Videtur ergò Vandalos Africam tenuisse CXV. annis.

De *OstroGothorum* in Italia dominio asferendo minoris est indaginis negotium. † Duravit LXXVII. annis, quod in n. 49. monstravimus. Narsès hisce in Italia devictis, Imperium Occidentale orientali conjunxit, quod ipse sedecim annis Imperatoriò nomine rexerat. Discessò interim Justinianò primus ejus successor Justinus & sequentes Imperatores Constantinopolitani Occidentale Imperium per Exarchos Ravennam misos CXXXII. annis gubernarunt. Simul & ipsius Justinii tempore Longobardorum Regnum in Gallia Cisalpina ortum est, quod alibi deduximus oportunius.

Ad verb.

## Omnes verò Populi Legibus tam à nobis, &c.

Orbis universi Dominus vel si mavelis possessor † Imperatorum extitit nemo. Docuere hoc satis tria mundi Imperia jamdiu extincta, 77.  
C quorum



quorum ne ullus Monarcha omnes mundi angulos actu possedit. *Dominicus de Soto de Iustitia & Iur. lib. 4. q. 4. art. 2.* Quamvis enim, ut scribit ad Prusiam Bithyniæ Regem *Antiochus* apud *Liv. lib. 37. c. 25.* Romani venirent ad omnia Regna tollenda, ut nullum usquam nisi Romanum Imperium esset, non tamen eò proceserunt.

78. *Videbimus + ratione petitorii & de Iure Imperatorum num ne totius mundi Dominus asserendus?* Est enim Quartus & ultimus Mundi Monarcha, quem procul dubio Daniel Propheta universalem intelligit, non quidem quoad possessorium terrarum singularum, sed petitorium seu jus ad illud, ut merito statuendum sit illa Regna, quæ de facto ab Imperio se exemerunt, adhuc ad Imperium de Jure pertinere. *Victor. de Exempt. Concl. 7. Clut. Syllog. rer. quotidian. thes. 9. 10. 11.* Petitorium autem intelligimus non quidem simpliciter proprietatis aut dominii præsertim in locis vacantibus, & nondum ab ullò Dominò adhuc acquisitis, sed protectionis, jurisdictionis, & administrationis, aut Juris ad illa. Secundum illud *Senecæ: Omnia Rex Imperio possidet singuli dominio, lib. 7. de benef. c. 6.* Dominium enim duorum in solidum eòdem respectu per naturam, & de Jure monstruosum est. *Petr. Frider. Mindan. de Caus. possess. cap. 10. pag. 156. n. 1. usque ad fin. Cap.*

79. *Hyperbolicè + loquitur glosf. in c. venerabilem.* Imperatorem esse totius mundi Dominum, *in vers. Germanos. de Elect. & elect. potest. Baldus in aurb. Habita.* Possidere universam terram, quæ videt orientem solem, & quæ ab utroque est latere. *C. Ne fil. pro Patr. Mortaliter peccare, qui se Imperio Cæsaris subtrahunt. Hostiens. in c. venerabilem.* Hæreticum esse, uti *Bartol. ait,* qui Imperatorem totius mundi Dominum negat, *in. l. hostes. ff. de captiv. & postlim. re. vers. Cyn. Salicet. & Dd. in verb. cunctos populos. C. de summa Trinit.*

80. Constat namque ex medulla Historiæ + ultra *Euphratem* Romanum Imperium vix fuisse extensum respectu Orientis: respectu Occidentis *Oceanum*, quod fatetur ipse *Justinianus in Novell. 9. in præfat.* Fertilissimam *Africam*, respectu meridiei: *Rhenum & Danubium*, respectu Septentrionis. *Novell. 11. in præfat. Novell. 24. in præfat. Novell. 26. c. 2. Novell. 69. c. 1. ubi addit Justinianus: Omnibus provinciis quæ nostris obediunt sceptris. Novell. 123. in pr. ibi: penè dixerim.*

Multi



Multi namq; populi nunquam à Romanis subacti terrori eis extitero  
 quales fuerunt præter supra memoratos *Parthi, Persæ, Mauri, Carche-*  
*donii, Tzani Novell.* 1. in præfat. circ. fin. de quibus vel ad minimum  
 pacatis Romani tripudiarunt. *Constit. de Confirmat. ff. & d. Nov. d. l.*

Quid dicendum † de detrimentosis avulsionibus & exemptioni-  
 bus eorum, qui olim vera fuerunt Imperii membra, cervicem subtra- 81.  
 xerunt. Deplorat jamdiu *ab A. C. MCCCCLIII. die 29. Martii se-*  
*cundum Æneam Sylv. Epist. 159.* fata sua florentissimum Orientis  
 Imperium Barbaris in prædam cesum: Occidentale † Papalibus do- 82.  
 lis & machinationibus absorptum. Exempta simul est tota *Hispania:*  
*Gallia: Hungaria: Britannia: Polonia: Neapolis: Livonia: Borussia:*  
*Veneti: Insubria Civitates: Senenses: Cameracum: Florentini: Lu-*  
*centes: Pisarum dominatus. † Metis: Tullum: Verodunum* priori se- 83.  
 culo à *Francisco* Galliarum Rege *Carolo V.* in bello contra protestan-  
 tes Status A. Confes. habito ereptum est, quod vulnus Imperii ad-  
 huc est recentius, *Thuan. lib. 9.* Et quis noverit moderni belli exi-  
 tum, pennarumq; Aquilæ vellicationes imminentes vel futuras. Quæ-  
 situm est † *de Daniâ num fuerit Imperii quondam pars?* Ajunt *Adam*  
*Brem. lib. 1. c. 2. Helmold. lib. 1. Hist. Choppin. 3. De Doman. tit. 26.* 84.  
*n. 5.* Verùm hi generaliter loquuntur. Specialius rem hanc explicat  
*Goldast.* accuratissimus Archivorum & Historiarum scrutator, exau-  
 diendum hoc esse duntaxat, *quoad Holsatiam.* quam *Carolus M.* devi-  
 ctò *Witichindò* Imperio adjecit, Tum etiam *quoad Iutiam,* h. e.  
*Jüteland/ Schleswig/ Stormar/ &c. ab Ottone I.* Imperio unitam.  
 Constituisseq; *Ottonem in Iutia Marchionem Imperii seu Marggrafa-*  
*fen des Reichs/* ab eoq; Germanos Saxones totum Regnum *Denne-*  
*marck* appellasse. † *De Regno Sveciæ* scribit, nusquam legi illud *de*  
*jure vel de facto Imperio fuisse junctum quod tradit in præfat. part. 1.* 85.  
*Bon Reichs/ Sagungen.* Verùm rem hanc ut exqviritius investigem  
 ad Exemplum *Celsi & Ulpiani* deliberabo, digitosq; rodam ut etiam,

Ad verb. §. 2.

## Et cum sacratissimas Constitu- tiones, &c.

In prægressis Justinianus studium suum, quod circa bellicos si-  
 dores sustinuit recommendavit, nunc subjungit, quod circa Jura con-  
 ficienda



36. *ficienda feliciter impendit.* Jus Civile + Justiniani temporibus, tum ob gravissimas sectas & controversias à *Labeone & Capitone* motas, varios ac infinitos ferè JCTorum ad Edictum perpetuum Commentarios, Constitutionum Imperialium inordinatam dissonantiam *ultra annos MCCCC. §. 5. De Concept. Digest.* miris modis confusum, in ordinem laudabilem redigendi laborem, quem nemo unquam sperare neque optare ausus fuerat, sibi licet difficillimum, imò impossibilem manibus ad cælum erectis *Constit. ad Senat. post Princ. §. 1. in fin. Concept. ff. æternò auxiliò invocato Anno Imperii sui secundo*, qui in A. CHRISTI DXXIIX. incidit aggressus est. *Constitut. de nov. Cod. fac.* hòc ipso præ conatibus *Papirii, Ciceronis*, de quo tamen dubitat *Duaren. lib. 1. c. 2. p. 1. Sylle, Oflii, Salyii Iuliani, Pompeji Magni, Iulii Cæsaris*, imò & *Constantini Magni* palmam omnem
37. *meritus.* Rem + magnam hanc suscepit, ascitis JCTis præclarissimis ex Constantinopolitana & Berytheni Academia, aliisque togatis & Practicis Doctoribus, *Triboniano*, ejusq; aliis adjunctis Collegis, qui videntur in §. 9. *de Confirm. ff. ad Senat. l. 57. de V. S. Constitut. prima de nov. cod. fac.* sub certa instructione d. *Constit. de nov. Cod. fac. Et*
38. *Constit. de Emend. Cod.* primà manu admotà + Constitutionibus Imperatorum ab *Adriani* temporibus ad sua usq; tempora per CCCCX. annos emisissis ( à Julio enim Cæsare ad Adriani tempora Constitutiones nullæ supererant, quod ait *Forsterus*, cum pace tamen ejus dixerim *L. Juliam Repetundarum Iulii Cæsaris* in Corpus Juris redactam adhuc extare, cæteras plerasq; incuriâ Triboniani neglectas esse lubentius largior ) Harum tres extabant Codices *Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus*, de quibus vid. *Comm. Dd.* quos in unum volumen annuò spatio congestos, inclusis etiam Constitutionibus ipsius *Theodosii*, & subsequentiū *Arcadii, Theodosii II. Martiani, Leonis, Thracis, Zenonis, Isaurici, Anastasi, Iustini*, ipsiusq; *Iustiniani*, quas post acceptum à Justino avunculo Imperium emiserat. Compilatores A. C. DXXIX. Anno Imperii *Iustiniani III. Idib. April.* Imperatori Codicem confectum, qui *Iustinianus* appellatur, exhibent. *Constitut. de Iustinian. Cod. confirm. Novell. 66.* Hic Codex fuit primus, *Iustinianus* dictus, qui amplius non extat. Duravit suò tempore tantum per quinquennium ab Anno 529. ad 534.

Labore



Labore hōc superatō aggrēdiendus † erat adhuc major *de Præ-* 89.  
*torum Edictis, In finitū Prudentum Responsis, & ad L. XII. Tabular.*  
 & Edictum perpetuum innumeris *Commentationibus & Scriptis l. 2. §.*  
*postea verò C. de Vet. Iure enucl.* in ordinem redigendis. Indefesso  
 labori auspiciatus datus coronis. Triennii spatiō obsolvunt solertissimi  
 Compilatores ingens Pandectarum opus septem partibus, quinqva-  
 ginta libris distinctum. Confectum A.C.DXXXIII. Ejusdem anni  
 mense Decembri publicatur. *Constit. de Concept. ff. Cur † ita septi-* 90.  
*forme?* Vel quod ad Edictum perpetuum ita melius accommoda-  
 tum, vel ad numerum septenarium habitus fuerit respectus §. 1. *in fin.*  
*de Confirm. ff.* cui Divinitatem inesse superstitio veterum sibi ha-  
 bebat persuasum, *Macrob. in somn. Scipionis. Gell. lib. 2. cap. 10. No-*  
*vell. 105.* numerus, item septenarius septies iteratus unitate additā  
 quinqvagenarium efficit. *Bulgarus* eumq; sequentes hāc partitiō-  
 ne neglectā † distinxerunt in *Vetus* albā pelle vestitum, quod principia 91.  
 Jūris & Contractus contineret: *Infortiatum* nigrā pelle, quod ma-  
 terias testamentarias & defunctorum doceret. & *Novum* rubrā pelle  
 circumductum, quod materiam delictorum & sanguinis traderet;  
 quæ fuit istius temporis cūctura. *Vetus* ab initio *lib. 1. Tit. 1.* extendi-  
 tur ad *Tit. ff. 3. lib. 24.* qui est *Solutō matrimonii.* *Infortiatum* fini-  
 tur in *Tit. 1. lib. 39. De operis novi Nunciatione.* *Novum* continetur  
 in reliquis libris & Titulis usque ad finem.

Ceterum in allegationibus † notantur Pandectæ *lit. ff.* cujus ra- 92.  
 tionem dedit *Alciatus lib. 5. Dūpunct. c. 16.* quæ conjectura melior est  
*Forcauli, qui F. F. geminum ponit, quod Digesta sint ex tanta mole*  
*Fabre Facta in Nocyomant. Dialog. 1. n. 15.* Voluit Justinianus ne  
 Compilatores, Authorum, ex quibus hæc comportarent, nomina  
 subtercerent. *De Confirmat. ff.* quod alienorum librorum plagiarū ob-  
 serverent. Hæ Inscriptiones † in casu legis dubio non necessariam, 93.  
 sed probabilem duntaxat dant Interpretationem legi junctæ ad men-  
 tem legis in dubio eliciendam. Sua itaque fecit omnia, jussu suo in  
 Corpus Juris redacta, aliorum scriptis non expressis, planè, & sub cri-  
 mine falsi rejectis §. 19. *de Confirm. ff. ad O. P.* Proclivè † ergo est 94.  
 statuere *Vlpiani & Caji fragmenta & Institutiones: Pauli receptas*  
*sententias ab Ammiano collectas Corpori Juris non insertas.* Immo



*leges Hermogeniani, Gregoriani, & Theodofiani Codicis vim legis nul-*  
*lam habere, nec in Judiciis rectè allegari, nisi quòd ad loca obscurio-*  
*ra dilucidanda nonnuquam rectè adhibeantur. Pandectæ ter sunt*  
*confirmatæ, quòd augustior earum esset authoritas. l. 2. C. de Vet. Iur.*  
*enucl. Constit. ad Senat. quæ ex Græco Idiomate in Latinum à Con-*  
*stitio versa est. Constit. ad Antecess. Iur.*

## II. De Confirmatione ipsa.

Ad verb. §. 3. 4. 5. & 6.

Cum hoc DEO propitiô peractum  
 est: Item: Post libros quinquaginta  
 Digestorum.

- Dum Digesta componuntur simul Tribonianus, Theophilus &
95. Dorotheus ex speciali mandato † manum admovent Institutionibus, hâc intentione, rationis habendæ quinquaginta decisionum seu correcti & emendati Juris in Codicem alterum repetitæ prælectionis
96. relati. §. 1. de Emendar. Cod. Editæ sunt † antè Digesta, composi-  
 tæ tamen post Digesta. h. §. Ex eodem autem tempore utraq̃ue  
 compilatio valere iussa est. 3. Cal. Ianuar. 533. Constit. Tanta §.  
 penult. & ult. de Confirm. ff. seu l. 2. C. de V. I. enucl. De Editione  
 Institutionum priori constat. Editæ sunt 11. Cal. Decembr. A. C.  
 533. aliis placet annus 535. Pandectæ 17. Cal. Ian. ejusd. anni. Re-  
 ferunt † se quidem Institutiones ad Pandectas, ut in §. æquè. Instit. de  
 Action. §. alioqui. Instit. de Except. §. fin. Inst. de publ. Iudic. & c. Ex  
 hoc non arguendum Institutiones esse editione Pandectis posteri-  
 ores, sed quod relatio etiam fieri possit ad id quod nondum extat,  
 extiturum tamen aliquando est, vel quod Pandectæ æquè ac Instituti-  
 ones intuitu 50. Decisionum composi-  
 tæ sint. §. 4. de Emendar. Cod.

- Quadriennium erat elapsum post primum Codicem à 16. die  
 Cal. Maji A. 529. usque ad 4. diem Cal. Iun. A. 534. Dum hæc Jura  
 Pandectarum & Institutionum componerentur, & divulgarentur,
98. Interea † tulerat Justinianus 50. Decisiones, & Constitutiones ultra  
 ducentas novas, quod scribit Albert. Gentil. Disput. de lib. Iur. Civil.  
 cap. 1. quibus Jura inutilia & supervacanea correxerat, vel contraria  
 deciderat,



deciderat, quæ priori Codici non erant insertæ, sed extra Corpus Juris vagabantur, cum autem hæ admodum utiles viderentur, magis magisque; apparet priorem Codicem planè esse inutilem, varium & à seipso plerumque dissonantem, visum est Justiniano alium & meliorem Codicem, cui hæ Decisiones & Constitutiones noviter promulgatæ insererentur, componi ac divulgari. Imperiali igitur jussu alius repetitæ prælectionis dictus Codex A. C. DXXXIV. 14. Cal. Decembr. Constantinopoli Iustin. 4. Cos. & Paulino confectus & editus est, priori Justinianeo incompletò penitus abrogatò.

Quænam autem sint quinquaginta † illæ Decisiones, notat Eguinus Bero in initio Comment. ad τὰ πρῶτα, ex quibus sunt 25. quæ adhuc nomen Decisionum in Codice retinent. l. ult. C. de negot. gest. l. ambiguitatem. 12. l. 13. l. 14. l. 15. l. 16. C. de Vsufruct. l. pen. C. ad SC. Vellej. l. ult. C. de Contrah. empt. l. ult. C. de Condict. indeb. l. 25. & antepen. C. de nupt. l. pen. C. de Curat. furios. dat. l. ult. C. de furt. l. pen. l. ult. C. de necess. serv. hæred. instit. l. pen. l. ult. C. de Posthum. l. antepen. l. ult. C. de Iure deliber. l. cum quæstio. C. de Legat. l. cum inter. C. de Fideicommiss. libert. l. 1. C. de Comm. Serv. manumiss. l. ult. C. ad SC. Orscian. l. 1. C. de Prætor. pignor. l. veteris. C. de Contrah. stipulat. Aliæ † sunt Decisiones 25. quæ frequentius nomen Constitutionum obtinent. l. ult. C. Qui & advers. quos. l. ult. C. de pet. hæred. l. ult. C. de Servitut. l. ult. C. de dot. promiss. l. ult. C. de Author. præst. l. pen. & ult. C. de Impub. substitut. l. pen. C. de V. S. l. pen. C. de Fideicommiss. l. ult. C. de Legat. l. ult. C. de Condit. insert. l. pen. C. ad SC. Trebell. l. ult. C. ad L. Falcid. l. ult. C. de manumiss. testament. l. penult. C. de Fideicommiss. libertat. l. ult. C. de Præscript. longi temp. l. 1. C. de eo quod interest. l. 1. C. de op. nov. nunciat. l. 2. C. de Comm. serv. manumiss. l. ult. C. de his qui bon. ced. l. ult. C. de bon. author. jud. possid. l. Oprimam. C. de contrah. stipulat. l. ult. C. de remis. pignor. l. pen. C. de adopt. l. ult. C. de donat. mortis caus.

Decisiones sive Constitutiones hæcæ alioquin nosse datur † ex Inscriptionibus & subscriptionibus. Illæ quod ad Julianum, vel Johannem Præfectum Prætorio conscriptæ; His quod vel sub vel post Consulatum Lampadii & Orestis emissæ sint. Hi enim fuerunt ter Coss. Anno 530. 531. 532. Justinianus, solus Coss. Anno 533. Hisce annis



annis Decisiones hæc late sunt & publicatio novi hujus Codicis facta est Anno 529. Justiniano IV. & Paulino Coss. Ideoq; & illud tempus est observandum cum Justinianus solus fuit Consul, quod & monet Haloander. in Chronolog. post. lib. 8. Cod. in Corp. gloss. Sunt qui ex tempore Decii, qui post primum Codicem mense Aprili editum Consul factus perhibetur, Decisiones intelligi volunt, quod non improbandum, Conspicitur hoc ex l. 12. C. de legib. quæ Anno C. 529. mense Xbri Decio Coss. lata abrogatoria est legis 3. C. cod. Sed admonendum, Decium in omnium Chronologiis non reperiri. Præsumitur tamen Decium Coss. ordinarium fuisse A. C. 529. alioquin extraordinariorum in Chronologiis nulla habetur ratio, quod suo locò in Disputat. 3. notabimus. Eguinus Baro hanc notam superaddit: Si data lege appareat de veterum quadam Jctorum controversia, quam si lex Codicis statim decidat Decisionem esse, ex illis 50. unam in initio Comment. ad Ia. *τρωτα*.

- Editò novò repetitæ prælectionis, hisce Decisionibus & Constitutionibus refertò & perfectò Codice, Justinianus intereà 12. Constitutiones iterum emiserat, ne autem novarum Constitutionum subinde emergentium causâ Codex in infinitum & continuò reformaretur, placuit hasce novas Constitutiones, quas post alterum illum Codicem absolutum Justinianus, dum viveret, in lucem emiserat, vel emisurus esset † peculiari inserere volumini, quod *Novellarum* nomine insignivit. Continuavit illud CLXVIII. *Novellis in IX. Collationes*
103. *divisis. Sed Dispositionis hujus Collationum Ipsene † Justinianus author? Abnuo.* Præfationis defectus non arguit, quam aliis suis libris dum viveret, quosq; revideret, præmisit. Factum præsumitur à Jctis ante vel post Bulgari tempora, de quibus hodiè non constat.
104. Omnes † Græcò idiomate Constantinopolis emissæ paucis exceptis Latinis, inter quas numerantur *Novell. 9. 11. 23. 62. 143. & 150.* Quis verò *Author* † Græcas *Novellas* in Latinum Sermonem in præsentem formâ exhibuerit, incognitum est. Quisquis fuerit, Juris eum imperitum taxat *Molinæus*, moderatius tamen æstimatur à *Cujacio* eruditionis encomiò ipsum donante *lib. 18. Observat. ult. De Irnerio* constat particulas *Novellarum* dictas *authenticas* Codici inseruisse, cujus laboris à multis minutum reportat præmium. Valde con-
- queritur



queritur de hac transpositione *Baldwinus* † in *Prolegom. de Iure Civili*. 105.  
*Et Sixtin. lib. 2. de Regalib. c. 15. n. 24. cum seqq.* adducit authenticas  
in quarum translatione & transpositione Irnerius mirè lapsus est, ut  
in *Auth. Hodie. C. de Iudic. Auth. Incestas. C. de Incest. Nupt. Auth.*  
*Bona damnatorum. C. de bon. damnator. Auth. Cassa. C. de SS. Eccles.*  
*Auth. sicut alienatio eod. Auth. generaliter. C. de Episcop. & Cler.*  
*Auth. Novissimè. C. de Inoffic. testam. Auth. Sed novo. C. si certum*  
*petatur. Auth. hoc amplius. C. de Fidecommis. Auth. in Testamento.*  
*C. ad SC. Tertullian. Auth. idem est in his. C. de bon. quæ liber.* Con-  
ferendæ ergò sunt † Authenticæ cum ipso Novellarum textu, quem 106.  
geminum peperit hæc transumptio Irnerii nobis laborem. Nihilom-  
minus tamen hisce erroneis Authenticis perpetuò non obstantibus,  
magnam aliàs † hodiè autoritatem sunt adeptæ, ut habeantur ferè 107.  
pro ipsis legibus, quia & quædam authenticæ in Corpus Canonicum  
relatæ & † *Canonisatæ sunt, ut Auth. Hoc jus porrectum. Auth. Sicut* 108.  
*alienatio. Auth. Quibuscunqve. Auth. Qui res Et Auth. Perpetua C. de*  
*SS. Eccles.*

Præter hasce Novellas in *Gothofredi & Pacii* editionibus jun-  
cta *Edicta* † *Iustiniani, Iustini, Tiberii, & aliæ quædam pragmaticæ*  
*Constitutiones* vim decisivam nullam habent, neque in *Judiciis alle-* 109  
*gandæ*, quia nunquam rectè publicatæ & receptæ §. 4. *de Iustin. C.*  
*confr.* Imò & ipsius *Leonis* Novellas ipsius *Leonis* tempore nun-  
quam obtinuisse refert *Cujac. 6. Observat. 9.* Hisce *Justinianus* in  
componendo jure felicitatem & gloriam suam consecutus est. *Ve-*  
*rum* † *hoc ne sine antinomia & dissonantiæ quærela? Paucis.* Nil 110.  
succensemus *Justiniano*, sed solius *Triboniani* & collaborantium stu-  
dio. Ecquis autem † exiguitatem humanæ memoriæ in *Triboniano* 111  
ab omni erroris aut imperfectionis nævo exciperet, quod non morta-  
litas, sed immortalitas reservatum audit. *Constit. de Confirm. ff. ad*  
*O. P. in med. pr.* Quod si igitur † quæ methodum facilitatem veniæ 112  
utcumque impetret, quæ interpolationem tamen tum legum integra-  
rum tum verborum legis rigidiores habet *Censores Hottomannum &*  
*plerosque Dd.* Quæ † verò *antinomias* ad æquitatis rationes cum 11.  
*Triboniano* eundum est, non enim quod voluit, debuit. *Jusus* ex scri-  
ptis antiquorum *JCtorum* infinitæ copiæ & multitudinis leges quas-  
dam



dam frustillatim & truncatim decerpere, vel additis quibusdam, vel detractis. *Constit. de. Confirm. ff. ad O. P.* Quis hinc sagacitatis Triboniani tantæq; molis & laboris libripens? *Melius Roserum taxare quàm agere.* Quod subveritus Justinianus passim Constitutionibus *de Concept. & Confirm. ff. & c.* apologiam inseruit. Antinomiarum  
 114. † & novorum in Institutionibus & ff. exhibet exempla *Anton. Matth. disput. 9. de fundament. Iur. Et alibi in disput. ff. Pacius in conciliat. leg. ff. & C. Philibert. Bugnon.* tribus libris ll. abrogatarum seriem optimè deduxit. *Oldendorp. Tab. ll. Cod. per Novell. abrogatarum exhibuit. Vid. Rittersh. p. 12. c. 11. n. 6.* ubi ait: *Novellas quidem ll. ff. & Cod. contrariis derogare, si modò ex præfatione Novellæ præmissæ vel contextu vis derogatoria appareat vel eliceri possit, aliàs non necessario Novellas Iura anteriora abrogare, vel eis derogare, sed vel confirmare, repetere, & renovare.* *Lindemannus in disput. anniversar. de O. I. hoc tangit, & qui non alii?*

115. Conduceret quidem † adhuc extare Jctorum veterum Bibliothecam integram, injuriâ temporum non obstante, neque de mente legum quarundam tantopere foret hariolandum. Maximoperè igitur prodest ex annalibus habere compertum, sub quibus Cæsaribus qui qui Jcti floruerunt, cujus antiquitatis ignorantia Accursium aliosq; sui ævi Jctos in fœdos præcipitavit errores. Viam ad hanc indaginem præbent *Tranquillus: Plutarchus: Pomponius Lætus: Eusebius: Orosius: Lampadius: Volaterranus,* & similes qui pervolvendi.

Hæc sunt Jura à Justiniano vel in ordinem redacta, vel à seipso per Compilatores composita. Meminit §. 3. & 4. *Proem. tantum*  
 116. † compilationis Codicis Justiniani, Pandectarum & Institutionum, quæ ergò de computatione Codicis repetitæ prælectionis & Novellarum, & c. jam præmissimus, & quæ de Juris Justiniani continuatione subjiciemus, pro meliori materiæ hujus cognitione in gratiam Studiosorum adjecta volumus.

Durabant hæc Jura Justiniana in viridi observantia, quamdiu adhuc viveret Justinianus, discesso autem eò A. C. DLXIII. vix quadraginta † annis elapsis Juris Justiniani in Oriente nulla habita est  
 117. ratio. *Leo III. Imper. Orientis spretis & demptis libris Justiniani novum Corpus Juris 6. Voluminibus, & 60. libris distinctum additis si-*  
 mul.



mul Novellis, quæ tamen, *Cujaciò teste*, nunquam fuere receptæ & *Observ. 9.* adornavit, quod appellatum ἐξικοντάβιβλον & βασιλικόν, quod à Filio ejus Porphyrogenito paululum emendatum est. Hòc ipsò gloria Juris Justiniani in Oriente erat prostrata & extincta. Invenio autem *apud Goldast.* Corpus hoc Leonis non usque † ad excidium Constantinopolitanum in Oriente fuisse observatum, sed tantum usque ad Ottonis IV. Occidentis, & Balduini Orientis Imperatoris tempora, tunc A. C. MGCIV. Jura Justiniana in Orientem postliminiò rediisse, postquam DLXXXIIX. annis extremæ oblivionis barathro sepulta fuerant. Cæperunt itaque reflorescere iterum & incorruptè observari usq; ad excidium Constantinopolitanum, quod contigit A. C. MCDLIII. Constantinopoli à Mahomete II. CCCC. millium obsidione captâ, Constantinòq; ultimò Orientis Imperatore obtruncatò. Fuit hic Constantinus Helenæ Filius, primus Constantinus Magnus itidem Helenæ Filius. *Fatale igitur erat huic Imperio, ut quò nomine cepit, eòdem iterum interiret.* Observatum igitur in Oriente Jus Justinianum usque ad excidium CCCCXLIX. annis. *Quamquam Leonclavius †* ocularis testis referat, Jus Codicis Justinianum adhuc apud Turcas in Turcico idiomate observari.

*Occidentis ratio alia fuit.* Volunt quidam † vix quadraginta annis post obitum Justiniani Jura ejus æqvè in Occidente defuisse, quod *duplicet. Ita res est.* Evocatis Longobardis à Narsete ob contumelias sibi à *Sophia Augusta*, Justinii Imp. quod Eunuchus esset, illatas in Italiam, non totius Italiae Domini facti, sed tantum *Ducatus Foro-Julienfis: Spoletani: Thusci: Beneventani, & aliorum paucorum.* Roma ergo & Provinciæ quas Exarchi tenebant, sine impedimento graviori Jura Justiniana usurpabant, quin & hoc facerent, causa non aderat, ut cunqve bellicosa erant tempora. Nec etiam *Æistulphus* penultimus Longobardorum Rex *devictò Eutichio* A. C. DCCL. ultimò Exarchò, sublatòq; Exarchatu, Romæ Dominium & possessionem assecutus est, sed evocatò à Pontifice Romano in auxilium *Pipino* Regè Gallia, *Æistulphus* adactus est, ut Exarchatum hodiè *Romania, sc. Patrimonium Petri* dictum, Pontifici redderet. Post & *Carolus Magnus* alpiibus superatis ultimò Rege Longobardorum *Desiderio* A. C. DCCLXXIV. dejectò Regnum Italiae & bellò & transactione ab



Imp. Orientalibus & suffragio S. P. Q. R. acceptum suo adjecit.  
*Vidit ita Orientale Imperium sub suis Imperatoribus Aquilam in Occi-*  
*dente in Carolo Magno redivivam.*

121. Conjicio ergo † quod neminem antehac scripsisse video, mansisse  
 Jura Justiniana in Occidente Romæ & in Exarchatu, quamdiu ille  
 duraret in aliqua notitia & observantia nec planè obliterata fuisse,  
 quod tamen hæcenus Dd. communiter docuerunt.

122. Præterea nemini dubium est à variis illis gentibus in Italiam in-  
 fufis varia introducta † esse Statuta & Consuetudines. Aderat *Brevi-*  
*arium Alarici Gothorum Regis* per Ammianum ejus Cancellarium  
 confectum. *Cujac. in præfat. ad Pandect.* Deindè *Longobardorum:*  
*Ripuariorum: Baloariorum: Burgundiorum* Jura: Immo & *Teutones*  
 antiquitè Hermanos dictos, *Tacit. in lib. Herman.* præter proprias

123. consuetudines *Lege † Salicâ* usos fuisse contra *Saxon Crantz. Tri-*  
*them. Ioan. & Olaum* conjicit *Goldast*, eamq; legem à quatuor Land-  
 Graffen im Lande zu Francken vnd Thüringen confectam esse asserit.  
 Dein cum jugo Romanorum se liberassent Jus Romanum, non qui-

124. dem Justinianum † sed Alarici Gothorum Regis *ex Cajo, Paulo, Vlpia-*  
*no & Codicibus Hermogeniani, Gregorii Jctorum, & Theodosii Impe-*  
*ratoris* confectum, recepisse, *auth. est Tacit.* Illudq; ipsum *Brevia-*  
*rium Alarici à Clodoveo Francorum Rege,* ejusq; *Filio Diederico*  
*Metis* confirmatum esse refert *Cujac. in Præfat. ad Pauli recept. sen-*  
*tent.* Immo & *Theodoricus* leges quasdam Theodoricianas tulit,  
 quod visitur *ex specul. Saxon. in prolog. lib. 1. Carolus Magnus* Impe-

125. riò potitò itidem *Breviarium* seu *Corpus Alarici* confirmavit, singu-  
 lisq; † populis à se devictis Jura sua & Consuetudines scil. *Longobar-*  
*du: Franconibus: Ripuariis: Baloariis: Burgundionibus: Frisonibus:*  
*Westphalis & Wervis, &c.* confirmasse refert *Vrspersens. & Egi-*  
*narth.* Immo *Saxonibus* ceu testatur *Heig. 1. quæst. 4. 8.* quibus dedit  
 privilegia auff der Sachsen-Burg A. C. DCCCCX. Imperii anno 7.  
 die Februar. 7.

*Carolus M. subsequentes successores Ludovicus Pius: Lotharius I:*  
*Ludovicus II: Carolus Calvus: Ludovicus Balbus: Carolus Crassus: Ar-*  
*nolphus: Ludovicus IV: Henricus Auceps: Henricus III: Henricus IV:*  
*Henricus V:* prioribus Juribus & Statutis variis in Imperio usi sunt,  
 novaq;



nōvāq; superaddiderunt, quæ ex horum Principum Archivis com-  
 portasse olim *Ansegisum Lobensem & Benedictum Levitam Mogunti-*  
*um* tradit, & refert *Goldast. in Reichs-Satzungen. part. 1. in præfat.*  
 Verum *Henrici V. successor Lotharii II. Saxo,* † ex Divina providen-  
 tia libros Juris Justiniani eversâ *Melfitâ* civitate *Apuliæ* à *Pisanis* re-  
 pertos circa A. C. MCXXXIII. vel MDL. secundum *Helvicum* sva-  
 fu *Irnerii Consiliarii* divulgavit, quibus ita autoritate *Lotharii* sub  
 incudem revocatis Jus Justinianum Orbi Christiano postliminiò  
 iterum plenè redditum & restitutum est, quò adhuc DE I gratiâ in  
 toto Romano Imperio & extrâ utimur, & usuri Divinò omine ad se-  
 cūlū ævum. *Atque sic hujus Lotharii tempore Alaricanæ, & Theodo-*  
*ricanæ aliorumq; Germanorum Imperatorum leges planè abolitæ, ab*  
*usu desierunt.* 126.

Remanserunt tamen præter Leges Justinianeas, pleraq; locorum  
 Statuta & Consuetudines simul hodiè in observantia inter quæ nume-  
 randum est *Ius Saxonicum*, quod conjicit *Goldast.* † conceptum esse 127.  
 post Annum 1290. tempore Interregni post obitum *Friderici II.*  
 quòd tempus in Imperium *Rudolphi Habsburgensis* incidit. Verùm  
 in hac supputatione me incertum reddit *Speculum Saxonicum libr. 3.*  
*art. 5. pag. (mihi) 495.* quod disertè refert *Carolus Magnus Saxo-*  
*nibus* Jura & Privilegia sua confirmasse in *Arce Sachsen-Burg.* A. C.  
 DCCCX. 7. die Febr. *Ottonem I.* eis *Weichbild* concessisse post la-  
 psum annorum CLXXX. quæ tempora duobus ferè seculis *Frideri-*  
*cum II.* antecedunt. Alia & plura de Jure Saxonico notavi in *spe-*  
*cul. Imp. Rom. lib. 2. cap. 1. §. 38. cum seqq.* Hisce in locis maritimis  
 & Hanseaticis ut plurimum observatur † *Ius Lubecense*, non per præ- 128.  
 ceptionem, sed spontaneam receptionem. Diutissimè observatum  
 fuit, sine scriptura, postea scriptum & typis comprehensum à *Frider-*  
*rico Barbarossa* ante CCCXLIII. annos confirmatum est. Novi-  
 ter Jus hoc doctissimè commentatus est *Amplissimus Mevius* in tract.  
 quem inscripsit *Juris Lubecens. Comment.*

Ad verb.

Non ab antiquis fabulis &c. Nihil  
 inutile nihilq; perperam positum.

D 3

Accusatus



129. Accusatus hic audacter Tribonianus an tutus erit? † Manu confertum eum vocat Tit. 4. 5. 6. 7. *Instit. lib. 1. §. præterea. 6. 7. Quibus modis patria potestas solv. Tit. 17. 18. 19. lib. 1. Tit. 20. de Attilian. Tut. §. ult. de donat. §. 1. de testam. ordin. Tit. de exheredat. liberor. Tit. de Legat. Tit. de Fidecommis. hered. Tit. de Success. ab Intest. Success. agnat. SC. Tertull. SC. Orphit. Success. Cognat. Servil. Cognat. Success. libertor. Assignat. libert. Acquisit. per arrogat. De eo cui libertat. caus. De Success. sublat. Tit. de stipulat. servor. §. conceptum. 4. De obligat. quæ ex delict. nasc. Tit. de noxal. action. Regerendum. Hic nihil inutile & perperam est positum, utile omne est ad*
130. totius Juris cognitionem eò plenius hauriendam † ideò novi Juris mentio & successus semper est adjectus, quod solidam facit Juris scientiam. Ita enim Jura nova tenenda sunt, ne antiqui Juris notitia planè desit, nec antiqua ut novioris Juris usus negligatur §. 1. *Instit. de Test. ordin. 1. ult. §. & hæc quidem C. de Jur. deliber. Temperatè utraqve hæc habenda & conjungenda, & doctrina legalis absoluta parabitur. Degenerum est putamina querere nucleò neglectò: principis & fundamentis Juris omisissis quemlibet de foro attrahere sibi habitum, Rabularum est, † qui sunt Jcti quemadmodum Empyrici, Medici, qui non tam Justitiæ (quam non intelligunt) sed litigandi tradunt vias, ut est apud Cicer. lib. 1. de legib. Διαβολή τις κακή καλὸν ὄνομα προσήσονται τέχνην, ait de iisdem Plato lib. 11. de legib. pag. 937. Rittershusius ait, hisce in Republica nihil esse perniciosius, nihil imperitius in Novell. part. 9. c. 16. n. 6. Sunt Judiciorum obfuscationes & tenebræ, Virorum umbræ: Præter latratum nec eruditionem nec doctrinam tenere tradit Zafius de Juda. q. 3. quæ extat in Tom. 5. pag. 114. Atque esse instar Pflttacorum Gallorum & Picarum, quæ stant in Palatiis Curiarum & loquuntur sine intellectu. Roman. singul. 52. n. 2. Quorumq; imperitia totum mundum destruit, & ponit conscientias bonorum virorum in magno discrimine, conqueritur Bald. consil. 6. lib. 4. Vid. etiam Ammian. Marcellin. lib. 30. ubi vivis coloribus id genus hominum depingit.*

Ad verb.

Ut sint totius legitimæ scientiæ  
prima Elementa.

Tertio



Totius  $\dagger$  Iuris, non ex toto Iure. Hinc de Officiis Magistratum  
 Iurisdictione: cum seqq. multis Titulis. Pactis. Transactionibus cum a-  
 liquot seqq. Tit. De in Integrum restitutionibus. Iudiciis. Adilitio. E-  
 dicto: Evictionibus: Vfuris, &c. Probationibus: Testibus: Re iudicatâ:  
 Appellationibus, &c. nihil directò agitur in Institutionibus, ideoque  
 quæ materiæ hic deficiunt, eæ ex latioribus ff. & C. libris addiscendæ.

### III. De Epilogo seu Sanctione.

Admonet Imperator cupidos legum Studiosos, ut has leges (pa-  
 ragraphos Institutionum leges appellat) alacri studiò accipiant, seqq;  
 ita eruditos ostendant, ut possit aliquando per illos Respublica in par-  
 tibus eis credendis gubernari. Certè si aureum hunc  $\dagger$  libellum stu- 133.  
 diofa legum Juventus veluti Helicen & Polum Arcticum antequam  
 amplissimo Juris Oceano sese inconsideratò ausu committeret, sibi  
 unicè præstitutum in succum & sanguinem (ut dicitur) converteret,  
 neminem in immenso Juris pelago infeliciter nedum inutiliter navi-  
 gaturum sperandum foret, sed veluti olim Jason præparatâ nave Ar-  
 go per Cyaneas Petras tutò navigare à Phineo edoctus, Medæaq;  
 consiliis ad æripides Tauros domandos, & Draconem pervigilem so-  
 piendum adjutus, vellus aureum reportavit, hæc Cynosurâ auream  
 Justitiam per tot antinomiarum & difficillimarum Juris quæstionum  
 inter se concurrentium petras, tutò assecuturum: nullosq; vel pau-  
 cos esse, qui fastididâ hæc rate, & remò vastissimum hoc pelagus tra-  
 jicere præsumentes studia præposterè cepta vel prorsus negligenter,  
 vel ad minus speratum & frugiferum portum traducerent.

Dum itaque post Imperatorem, omnesq; Civilis scientiæ scri-  
 ptores libellum hunc studiosæ LL. Coronæ seriò recommendatum 134.  
 volumus; Hoc agemus, ut in prægressis lectionibus singulorum para-  
 graphorum sensu ex Jure antiquo novo & novissimo, quandoq; con-  
 currit, etiam cum casuum figuratione, dilucidatò, secundum eum fe-  
 rè modum materiæ omnes distinctis Disputationibus exhibeantur,  
 quibus peractis materias, quæ in ff. C. & Novell. supersunt, suo or-  
 dine ad constituendam quandam DEO altissimò benedi-  
 cente privati Juris Civilis universi succin-  
 ctam Synopsin.






30.  
COROLLARIA.

1. **Q**uid valeant varii Equestrum Ordines variorum varium est iudicium, ad metam collimasse videntur rei pondus ex singulorum origine & instituti causa dimetientes. Considerationi suæ sese exhibet *Ordo Periscelidis seu Catteriorum*, qui in primo ordine *Torquatorum* secundus est. Hic institutus A. 1351. à Rege Angliæ *Edvardo* ex causa quod Comitissæ *Adelheit à Salisberi* quam peramabat in chorea decifas ejus fascias crurules à terra desumpturus tunicam simul indignantis Comitissæ, prehenderat. Ordo est quadraginta Equitum habentium fascias crurules sub levo crure ligatas glauci coloris margaritis ornatas, cum hac inscriptione: HONTE SOIT QVIMAL, Y PANSE, *Megif. lib. 1. Malthesiorum* qui sunt secundi Ordinis *S. Crucis*, aliorumq; causa instituti ponderosior est *Auth. Anon. de Eqv. Ord. p. 5.*
2. Definitio siquidem omnis in jure periculosa est *l. 202. ff. de R. I.* tutam tamen nil minus, ne facile subverti queat, Regaliorum reor definitionem. *Quod sint jura soli Imperatori, vel cui legitime quesita sunt, ad salutem & decus Reipublicæ tuendum competentia.* *Bocer. de Regal. c. 1. n. 1. Tob. Paurmeister de Jurisdic. lib. 1. c. 7. n. 10.*
3. In Feudorum majorum controversiis quæ *petitorium & possessorium* solus Imperator in Aulæ suæ iudicio Judex competens est, *Camera, Pariumq;* iudicio planè rejectò. *A. B. Carol. IV. tit. 5.*
4. *Trevirensis & Colonjensis EE.* postquam Italia & Gallia ab Imperio defecit, Archicancellariatus officia simul evannerunt. Ideo quæ ad Archivum Imperii spectant, ad solum Moguntinum delata sunt, quod duplex hodiè censetur; *Vnum* quod in Aula sua habet: *alterum* quod est in Camera, cui per ejus Præsidem tanquam Germaniæ Archicancellarius præest. *Althuf. c. 17. Polit. n. 9. & 10. Ruland. de Commisf. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 10.*
5. Electorum filiis si adhuc sint intra annum decimum octavum proximus Curator est Agnatus, cui quem Pater testamento dedit præferendum esse minimè asserimus.
6. Investitura per *vexillum* hodiè Principibus secularibus non confertur, sed dum Imperatore de hisce feudis per enses investiente, Vassalli Principes inflexis genibus & depositis calcaribus ensis apprehensi extremum conum osculantur.
7. Natus ex Patre Nobili, matre verò plebeia eadem patris dignitate, privilegiis & succedendi jure, etiam in feudis potitur.
























VVLGO DIATO die Klapper-Jagd.

33

§. XI.  
Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita  
di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferi-  
a minor, aut media, venatio data est, a nostro ve-  
modo se abstinere debet in locis, vbi ferae maio-  
bentur. Is autem, qui duntaxat superiori, siue ma-  
audet venatione, tali, vice versa, vti nequit in lo-  
i ferae minores, aut mediae, subsistunt. Ratio as-  
uius in promptu est, qui alterius ferae per eiusmo-  
ationem disturbantur, et in aliena loca extra ban-  
erinum transfugiunt (b). Non debet autem alteri  
per

orum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-  
lem id quoque non facile permittitur, vt, praedio, cui  
venandi cohaeret, inter plures possessores diuiso, in lo-  
vnius iaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea  
es substituuntur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maj.  
4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio ex-  
antur, sunt Confessoria et Negatoria vtilis.

Audiamus ante, quam vltius progredimur, ipsosmet ve-  
res, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc  
me faciunt tria luculenta testimonia, quae sequentibus  
s concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener  
l. Schwarzburgischer Ober-Jörster hiermit auf Begehren,  
das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn  
nehm.

E